

1535

/M. 238^v: Crux Christi quam semper adoro. Crux Christi est vera salus
 Crux Christi superat gladium Crux Christi soluit vincula mortis.
 Crux Christi sit mihi protectio Crux Christi impendat mihi
 omne bonum per vicem divinam agrediar ego famulus
 dei omne iter cum securitate Crux Christi auferat a me omne
 malum Crux Christi confirmet in me omne bonum. Crux Christi
 auferat a me penam mortis Crux Christi salvet me Crux Christi
 protegat me Crux Christi sit semper meum. Crux Christi sit
 semper ante me $\dagger$ retro me $\dagger$ dextrum me $\dagger$ sinistrum
 me $\dagger$ supra me $\dagger$ sub me $\dagger$ quia antiquitus hostis te fugit
 videns pacem domini et protectio dei et auxilium sancte
 cruce subsequatur me et concomitatur me contra dyabolum
 et omnes inimicos meos visibiles et invisibiles qui volunt
 aut cogitant mihi mala ne possint mihi nocere occulte
 vel aperte per Christum dominum nostrum et hoc in
 nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen $\dagger$ signum
 sancte cruce defendat me a malis praeteritis presentibus
 et futuris interioribus et exterioribus per signum sancte
 cruce a persecutione dyaboli et omnium inimicorum
 meorum libera me domine deus meus prosterneantur
 omnes adversarii omnes inimici mei fugiant a me
 per signum sancte cruce a periculis mundi liberauit
 me dominus benedictio dei patris cum angelis suis
 sit supra me $\dagger$ benedictio Christi cum apostolis suis
 sit supra me $\dagger$ benedictio et protectio et sanctificatio
 dei summi cum vivente misterio et sancti evangelii
 sit supra me $\dagger$ benedictio divine incarnationis et sancte
 natiuitatis et gloriose assumptionis et beate resurrectionis.